



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

VI. Epistolis,

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A *tor noster. Splendor dicitur, &c.* quod frustra in Rufini conversione requiras. Tale & illud est è libro itidem primo pettum: *Ex eo quod dicit Apostolus Paulus: Non ab hominibus, &c.* quod habetur in eo capite ubi tertiæ criminationi Pamphilus respondet. Aliud quoque indidem profert ad quartam criminationem refellendam, quod Rufinus in interpretatione omisit. Fragmenta præterea Philocaliæ ex hoc Opere mutuata summam eius vanitatem coarguunt, si cum ipsius verbis contendantur. Quamquam dubitari potest annon aliqua detraxerint Basilii & Gregorius Philocaliæ contextores, quæ ab orthodoxa fide dissentirent. Certissimum vero petitur indicium ex conflictione locorum, quos è libris *αὐτῶν* acceptos, Rufinianorum valde dissimiles Iustinianus in Epistola ad Menam representavit. Itaque ex hac Rufini infidelitate quanta Christianæ pietati & doctrinæ pericula existerent, intelligens Hieronymus, novam interpretationem meliori fide adornavit, & Latinæ Ecclesiæ Origenis revelavit errores, nullis artibus dissimulatos, nullo falsæ interpretationis fucò oblitos; ut ab iis in propatulo positis facilius sibi Lector caveret. Verum ad hanc atatem nova istæ interpretatio non pervenit.

Narrat ex aliorum fide Andreas Rivetus Critici sacri libro 2. cap. 12, libros *αὐτῶν* Græce scriptos extare in quibusdam Bibliothecis. Falsum id esse affirmare ausim: nam neque in Gallicis, aut Italicis, aut Germanicis, aut Hispanicis reperiri eos certissimum est. Incertum vero est an ex aliena fide, an ex suo ingenio conjecerit Abrahamus Scultetus, Anacephalæosin, quæ quartum claudit librum Operis De principiis, esse Rufini vel Pamphilii. Quod ut nullo auctore, nulla ratione subnixum proponitur, ita nullo adducto argumento repudiatur.

Scultet. in Medull. Theolog. Part. libr. 9 cap. 4.

III. Ostendimus supra auctore Hieronymo *ὀριγενιστίς* Origenis, ad Stromateon Clementis Alexandrini exemplum compositos, Christianorum dogmata cum Philosophorum sententiis contulisse, illaque ex iis confirmasse. Specimen illorum è sexto libro defumptum exhibet Hieronymus libr. 1. Apolog. advers. Rufin. cap. 4. quo cum Platonem induxisset Origenes, probantem mendacio uti aliquando licere, idem sacrorum Librorum auctoritate, & Iudithæ, Estheræ, ac Iacobi Patriarchæ exemplo adfruit.

IV. Fragmentum è Proteptico Origenis ad martyrium Bibliotheca Regia suppeditat. Totum veto opus, illustrissimi Domini de la Barde, Christianissimi Regis apud Helvetios Legati cura è Basiliensi Bibliotheca depromptum, ejus frater Ecclesiæ Parisiensis Canonicus, raræ vir pietatis, humanitatis, & integritatis, mei juris fecit, suoque à me inter Origenis Syntagmata ordine collocabitur.

V. De libris contra Celsum ita loquitur Eusebius in Antirrhethico adversus Hieroclem: *ἀντίματ' ὁ ἕκτος ἐστὶν ἡ ἰστορία τῆς ἀντιψευδοῦς ἀνατιθέμενης, καὶ σοφιστικῆς ἐκείνης ἐν ὁμοίᾳ τῶν ἑρμηνειῶν, ὅτι ἀεὶ ἔχει ἡραπείαν, καὶ ἡ ἀποστολικὴ πρὸς τὸν φιλοσόφου ἐπισημασμένον κέλευσιν ἀλλοθὴ λόγον, ὃ τὰς ἀδυνασίας ἀποδείκνυται, ἐν ὁμοίᾳ ἑρμηνείᾳ, ὃ δὲ δηλοῦται ὡς ἑρμηνείαν ἐπισημασμένην ὅσα εἰς τὸ ἀντιπαραστήσειν πᾶν τὸ ἐρησιῶν καὶ ἐρησιῶν ἀποδείκνυται.* Jam autem potestate, licet non destinato contra ea scripto, obtrita & confutata sunt (scripta Hieroclis) in octo libris quos Origenes conscripsit adversus Celsi Verum sermonem, jaclantiorem Opere illo (Hieroclis) qui Philalethes inscribitur: in quibus causas omnes & argumenta complexus vir ille, omnia simul quacun- que super ea re à quoquam vel dicta sunt, vel dicuntur posthac, in antecessum dissolvit. Vero; non alias enim tantam doctrinæ Christianæ & profanæ ubertatem, tanta argumentorum pondera expromit. Causa scribendi Celsus fuit Epicureus, qui Christianam religionem impugnaverat libro, cui titulum fecerat, *ἀλλοθὴ καὶ σοφ*. Is cum summo plausu à Christi adversariis fuisset exceptus, confutandum suscepit Ambrosij rogatu Adamantius, jam licet è vivis sublato Cello.

VI. Ex Epistolis Origenis duas omnino integras, & nulla sui portione truncatas, quasdam ex parte duntaxat superstites habemus. Integra superest Epistola ad Iulium Africanum, qua doctissimo illi viro, Susannæ historiam, quæ in Danielis libro legitur, adulterinam suspicanti, ipsiusque per epistolâ roganti sententiam erudite respondit, suamque narrationi huic auctoritatem asseruit. Plurima utriusque circumferuntur Græca manu exarata exemplaria; quorum unum à se descriptum ad me transmisit Emericus Bigotius, singulari vir eruditione: & Nos aliquando, cum Deo, ambas inter Syntagmata vulgabimus. Integra quoque est Epistola, qua constat decimum tertium Philocaliæ caput, quaque Gregorium Thaumaturgum ad sacrarum literarum studium Origenes adhortatur. Rufinus in libello De adulteratione librorum Origenis, recitat partem Epistolæ, quam patria depulsus ad Amicos Alexandrinos Adamantius scripsit, in qua falso jaclare adversarios queritur, persuasum esse sibi, futurum ut salutem Diabolus aliquando consequatur; addit Hæreticum quemdam disputationis secum habitæ Acta adulterasse; & se Actorum misisse codicem, unde corruptor fallitatis argueretur; alium item Hæreticum, qui congredi secum detrectaverat, falsam disceptationis historiam mandasse literis, & passim vulgasse, sed vani-

Excerpta
Origenis
classem
ripij Ma-
ata (que
uod non
jusmodi
uateriam
olo.
Origenis
ologia pro
Origenem
Lector
ua à Bas-
damanti
sunt fra-
pro Ori-
tereaque C
SUNT,
s.
oretationi-
I. Episto-
ti libri, vel
nt. E libro
mit Pam-
atrecione
bri secu-
suspiciat.
Plotini. Si
te, à vero
arum alle-
miciis, vel
ia elemen-
jicit Rufi-
quæ ἡραπεία
Origenes
ero Roma-
nclasse Ori-
specimen
(αὐτῶν)
ritum, vel
quam ab ip-
dum brevit-
us libro spe-
alii lecti di-
sele produ-
Rufiniana
et, & inter-
id sit salu-

